posteris inscribit et obligat praedictam Religiosam Catherinam Monialem et Hed-
wigim virginem filias et successores praefati olim Generosi Petri Okrzeglicki
sorores suas, ita ut in eventu mortis successores ipsarum praedicto quidem Religiosam
Catherinam Monialem cum assistentia superioris ipsius praefatam vero Generosam
Hedwigim virginem praefatam quam in matrimonium elocata fuerit cum assistentia mariti
aut in Coenobium ingressa cum assistentia superioris ad approbandum per ipsos
praesentem vel similem cautionem pro interesse faciendum inscriptionem cessionariam an-
te decursum anni ad acta Terrestria Premisliensia adducere ac personaliter
stabilire ab eisque ut praemissa exequantur efficere. Sub vadio similis sum-
mae decem millium florenorum pecuniae polonicalis ob non completionem praemissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in parte toties quoties opus
fuerit per praedictam regentem Generosam Annam Chodorowska eiusque posteros
praedicto Magnifico Marsalco Regni eiusque successoribus ad solvendum succumbent.
Ceterum eadem regens Generosa Anna Chodorowska se ac suos successores in et super bonis
suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis eidem Magnifico Marsal-
co Regni et illius posteris inscribit et obligat praesentem inscriptionem praesentem
cessionariam ex his actis Castrensibus authentice depromptam ad Acta Terrestria Premisliensia
ante decursum anni transferre et transportare. Sub simili et speciali
vadio decem millium florenorum pecuniae polonicalis ob non transportationem inscriptionis
praesentis pro tempore et loco supra expressis ad solvendum succumbendum. Pro qui-
bus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succubitur ac pro
re aliqua praemissi ex praemissis non completa complendaque praemissis citata existens
praefata regens Generosa Anna Chodorowska eiusque successores ad instantiam prae-
nominati Illustris et Magnifici Marsalci Regni eiusque posterorum ad officium
praesens Castrense Capitaneale Premisliense ex hinc recessu suprascripto quoad re-
spondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio
stare iuri parere iudicio vadio praefacta luere inscriptioni huic satisfacere
ac omne iudicatum pati debebit ac tenebitur seque ac suos successores ad eaque omnia
obligat cum Termino primo peremptorio et aliis omnibus consequentibus

Causa eius

Causa eiusque Terminos semper peremptorios vero infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta
ad Tribunalem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis
non differendum ad quietationem ultra proximos Terminos officii praefati Castrensis
Premisliensis dilationem sibi non recipiendum nullasque moniones appellationes ac
earum prosequutiones faciendum ac praemissa omnia paris simplicibus vel tricatis
evasionibus suspensionibus fatalibus iuris praescriptione Terrestri bello Conven-
tione et aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo
hac sua praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Komorowski et Zustanowski Roborat

Comparentes personaliter Coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Gene-
rosi Andreas Komorowski et Paulus Zustanowski parte ab altera
sani mentibus et corporibus existentes a Terris districtibus iuribus iurisdictionibusque
quibusvis propriis et competentibus recedentes huic autem iurisditioni
Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum successoribus bonisque
suis quibusvis omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo pa-
lam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet ipsorum seorsim
suo pro interesse recognovit. Quia ipsi se ac suos successores in et super bonis
suis quibusvis omnibus et summis pecuniariis habitis et habendis sibi mu-
tuo et invicem una pars alteri parti ac posteris utriusque partis inscri-
bunt et obligant intercisam certam inter se recognoscendo ratione quarumvis
rerum quarumvis rerum de actu et data die hodierna confectam manu Gene-
rosi Andreae Komorowski subscriptam et sigillatam vadioque mille ducento-
rum florenorum polonicalium firmatam in omnibus et singulis eiusdem intercisae condi-
tionibus punctis clausulis articulis vadio ligaminibus et nexibus gratia
universis eidem intercisae appositis tam in toto quam in parte firmiter te-
nere complere exequi ac inviolabiliter observare eidemque intercisae ac omnibus
illius contentis toties quoties opus fuerit satisfacere praefatam interci-
sam ad inscriptionem praesentem et inscriptionem praesentem ad praedictam intercisam vicissim
in toto referendo. Sub vadio similis summae mille ducentorum florenorum pecuniae

polon. per praefatas recognoscentes partem unam parti alteri cum successoribus utriusque
partibus ob non completionem praemissorum omnium et singulorum tam in toto quam
in parte toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbentes. Praeterea
memoratae partes regentes utraque se suosque successores in et super bonis suis
generaliter omnibus et similibus pecuniariis habitis et habendis sibi mutuo et invicem
inscribunt et obligant inscriptionem praesentem roboratam ex his Actis Castren.
autentice depromptam ad Acta Terrestria Premislien. ante decursum unius anni
transferre et transportare. Sub simili et speciali vadio mille ducentorum
florenorum pecuniae polonicalis per partem parti cum successoribus utrinque partibus ob non
transportationem inscriptionis praesentis pro tempore et loco supra expressis
sis ad solvendum succumbentes. Pro quibus quidem vadio vel vadiis ac pro re
aliqua principali ex praemissis non completa complendisque praemissis
citata existens pars una praemissa non tenens aut eius successores
ad instantiam partis alterius praemissa tenentis aut eius posterorum
ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense extunc recessit su-
prascripto quoad respondendum spectat mediante semper in primo citatio-
nis termino tanquam peremptorio stare iuri parere vadiaque re-
fundere inscriptioni huic satisfacere ac omne iudicatum pati debe-
bunt ac tenebuntur seque ac suos successores ad eaque omnia obligat cunc-
terminum primum peremptorium ceterosque omnes consequentes Causae eiusdem
terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate
successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad muni-
menta ad Evictorem vel aliis quibuscunque exceptionibus et legalibus impedimentis
non differendo ad quietationem ultra primos terminos officii praefati Castrensis Pre-
mislien. ab illorum sibi non recipiendo nullasque motiones appellationes ac cassationem pro-
secutiones faciendo ac praemissa omnia penitus simplicibus vel duplicatis evasionibus
suspensionibus fatalibus iuris praescriptione terrarum bellis conventionibus et
aliis omnibus iuris remediis et defensis non subterfugiendo hac sua
praesenti inscriptione ad praemissa omnia mediante.

Stadnicka Niedzwieckie[v] cedit

Ex Copia Comparens personaliter Coram officio actibusque praesentibus Castrensibus Capitaneal.
Premislien. Generosa Eva de Lewcze Generosi Alexandri Stadnicki de Zmi-
grod Consors legitima cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis assi-
stentia sana mente et corpore existens a Terris districtibus iuribus
iurisditionibus suis quibuscunque propriis et competentibus recedens huic autem
iurisditioni Castrensi Premisliensi quoad actum praesentem attinet se cum
successoribus bonisque suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incor-
porando et subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit.
Quia ipsa de omni et integro iure suo videlicet de inscriptione Terrestri Pre-
mislien. per olim Generosum Joannem Dunikowski Subiudicem Terrae Premi-
slien. olim Generoso Stanislao Lewicki parenti recognoscentis super summam
trecentorum florenorum polon. modo debiti facta post decessum vero eiusdem
parentis recognoscentis in se iure naturalis successionis devoluta tum de eadem sum-
ma trecentorum floren. Nec non de causa et actione ad officium et Judicium Castren.
Premislien. tam per olim Generosum Stanislaum Lewicki Generoso Martino Du-
nikowski filio praefati Generosi olim Joannis Dunikowski Subiudicis Terrae
Premislien. inchoata quam per se recognoscentem continuata tum de lucris
perlucris vadiis triplicatis Processusque toto in quovis puncto et gradu iu-
ris dependentibus cum omni praemissorum iure dominio et proprietate cumque
omnibus et singulis inscriptionis praefatae debitoria conditionibus punctis clau-
sulis articulis vadiis ligamentisque et nexibus summaeque praefatae modo supra
scripto assecuratae necnon lucrorum perlucrorum vadiorum triplicatorum totiusque
processus utilitatibus fructibus proventibus redditibus emolumentis
obventionibus generaliter universis et quibusvis praerogativis nihil ex prae-
missis iuris Dominii et proprietatis ac cuiusvis competentiae et praerogat-
tivae pro se suisque successoribus aut quopiam alio reservando sive excipiendo verum
sicut praemissa omnia ipsemet recognoscens tenuit habuit et possidebat ipsam con-
cernebant ac sibi serviebat. Tam ex nunc et de facto Generoso Andreae Nie-